Verum his non obstantibus, et si superioribus diebus eius rei causa accurate admodum à nobis
Romam scriptum, ut ex earum littrarum copia videre est, timendum tamen ne causa data
per praeiudicium à R.mo Praeceptore in eadem factum, deterior sit futura, ut etiam non
ante ab eodem R.mo et eius Capitulo singularibus quibusdam litteris quas Commissarij
nostri in originali tradendas acceperunt, di hac re facti sumus certiores.

Hinc igitur moti, etiam si in dicto negotio pertractando voluissemus pro summo nostro in ipsum
studio, et benevolentia omnem operam navare, tamen perspeximus omnem hunc nostrum
bonum fore inanem, nec quicquam nos posse efficere; imo fortasse obesse magis: nobis etiam
alios in malam partem interpretaturos, quasi huius animi essemus, ut suam charitatem in
planè confirmaremus, in quo ipsius confratres, et etiam Clerus, ne minimam quidem di-
cultatem invenissent: videremusq. non tantum ipsa, sed etiam nos in non minimam suspi-
nem scismatis alicuius, quod Dei immortalis beneficio longè sit à nobis) apud alios
niri.

Cum igitur cognoverimus S. Cha. nunquam fuisse ea mente quod à debita obedientia S. tis
manari sedis se se velliet subducere, sed quicquid egisset, fecisseq. id optima ratione et
cio factum, causa nimirum praeiudicij vitandi, quod initio professionis suae omnibus sui con-
tibus, Archiepiscopis, et Episcopis, maximè vero sui in Archiepiscopatu Coloniensi succes-
ficri posset, et nunc hic motus per admissionem dictae professionis à R.mo Praeceptore sub-
sit, initiumq. eius quod timebatur aliquod factum, nec se se res aliter habere posse. Ne
alijs etiam omnibus Archiepiscopis, et Episcopis, eadem ratione, et via sit praecedendum. Ne
aliud salubrius consilium hoc tempore afferre possemus, quam ut S. Char. in nomine Domini
omnino Praeceptoris vestigijs insistens, velit suae fidei requisitam professionem, nec inuen
et incontideratè quicquam egisse videretur, liberoti animo facere, atq. ad nos expedite
mittere, quo facilius per Oratorem nostrum Romae diligentem, eam cum debita executione, et
mendatione S. S.tis offerre, et ulterius de confirmatione eiusdem S.tis suae animum obligare
liamus: quod etiam pro nostra benevolentia salubre consilium dantes, in nos planè recipimus,
ut S. Char. etiam hac in parte de pace, et quiete, et sui ipsius etiam capituli cogitare de-
ceps

ceps non cessit: quod ipsam facturam omnino confidimus, quando (ut ex adhortationibus, et nostris,
et suorum intelleximus) non adhuc alienos admodum animo esse ab administratione sui Archiepisco-
patus, perspectum habemus. Hoc etiam si in sua administratione ad quamcung. rem, nostrum
studium, operam distentionem, et propensam voluntatem, requireret, promptos ac paratos se ipsa
experietur.

Tunc Commissarij nostri Caesarij dicerent (sicuti virtute harum litterarum, et meliori forma qua po-
sumus potestatem factam illis volumus) omnium difficultatum, quae inter S. Char. et ipsius Capi-
tulum, vel totam etiam Provinciam exortae essent causas diligenter cognoscere, et omni studio
et industria suscipere componendas: Qua in re omnibus modijs, et vijs quibus possunt, et in-
structione etiam nostra iam antea eius rei causa ad supradictum Aulicij Concilij Praesidentem
et Joannem Mellum ab Hsungen nostrum Consiliarium data, uti debebunt.

Quod si aliquid apud suam Char. esset effectum, mox ad supradictum Capitulum esset accedendum, et
datis nostris credentialib. litteris, quidnam cum R.mo sit actum (prout videbitur expedire)
referendum: significando, minimè si dubitare, nunc maximè ipsis gaudendum rem vsq. eo
esse perductam. Cum vero aliquando antè (non tamen hac magno dolore) ad nos esset placuit
inter suam charitatem, et ipsos varias difficultates, et animorum distentiones subortas, sibi in
mandatis dedimus, ut eas omnes summa diligentia componerent, prospiciendo vt. maximè cele-
berrimi illius Capituli bono, Quare in spem venimus, ipsos omne id quod ad rem facere videbitur
pro bono sui Capituli dicet calamitatis praesertim temporibus factures esse.

Sin verò (de qua tamen planè non dubitamus) S. Char. ab eo animo quem concepverat de resignando
Archiepiscopatu, et quod dictam fidei professionem facere non posset, nequaquam esset discessura, debere
nihilominus nostri Commissarij dicta petita audientia, omnia quae cum R.mo tractassent ejus-
sent, et quid ad haec fuisset responsum, una cum cautis cur illa facere recusaret (salvo tamen
ipsius honore) recensere, diligenterq. est monere, ut postq. S. Char. nullo modo in dictam
professionem velit consentire, idcirco necessario alia via rem aggredendam, velint ipsi per se
considerare quanti sit momenti talem eligere Archiepiscopum: qui Archiepiscopatui non solum
in spiritualibus, ut indubitatus catholicus, bonae conversationis, religiosae, et irreprehensibilis
vitae, provectae aetatis, summi iudicij, alijsq. necessarijs circumstantijs praeditus, verum etiam